

- & indice, vide Anton. Burr. in d. capitu. Thomas, & nos supra in secundo libro, quinto præcep.
- 46 Superstitias, † vel nimia magnitudo alicuius membri, quæ impediatur ad celebrandum, saltem sine notabili horrore, deformitate, vel scandalo, efficit irregularitatem, standum aut iudicio Episcopi, aut Confessarii, non autem alterius prælati eius, qui est ordinandus, Nauar. in d. vers. sexto, vbi etiam secutus Innocent. Card. & Anton. Sylu. atque Angelum, qui in ex amplis tenet, quod prælati eorum iudicabit.
- 47 Leprosi, † epileptici, seu epileptici, id est, morbo caduco laborantes, arreptitii, enervamenti, id est, à dæmone obsessi, etiam si semel, amentes, lunatici, furiosi, id est, à quibus furor nunquam recedit, sunt irregulares similiter, æquali alia infirmitate corporis oppressi, quæ notabile scandalum vsui ordinum præbet tam quo ad susceptos, quam quo ad suscipiendos, saltem quo ad actus, in quibus dictum scandalum præbet. In quibus omnibus solus Papa dispensat. de enervamenti est tex. in cap. maritum, 3. distin. de leprosis est tex. in capitu. cum percussio. 7. quæst. prima, capitu. de rectoribus, de cler. agrot. capitu. ex parte, de cler. agrot. Nauar. d. capitu. 27. num. 202. & seq. vbi addit, quod epilepsia morbo semel infectus nunquam amplius ordinari potest, quamvis omnino sanus appareat, cap. maritum, distin. 33. neque iam ordinatus celebrare potest, si sæpe cecidit, capitu. in litteris, 7. quæst. secunda, aut etiam raro, modo spumas ore uomat, aliàs sic adiuncto socio preparato ad perficiendam missam inceptam, si forte morbo corripere, ut colligitur in capitu. communiter, cum duobus sequent. distinctione. 33.
- 48 Sed an irregularis censeatur, † qui uertigines, vel sinopas patitur: censeo, quod non, cum hoc non reperitur in iure expressum; argum. tex. in capitu. is qui, de sententia excommunic. in sexto. Paralyticus etiam, quando imminet periculum effusionis sanguinis, vel quod hostia cadat de manibus suis, iuxta tex. in capitu. ultimo, de cler. agrot. irregularis est.
- 49 Præterea † hermaphroditus, si sexu femineo magis præstat, quam uirili, non est capax characteris, si uero uirili magis, quam femineo, licet sit capax, non debet ordinari, quia est monstrum, & Papa solus dispensat, Nauar. c. 27. num. 203. vers. 15.
- 50 Defectus † linguæ non inducit irregularitatem, modo non impediatur organum, vel loquela. Hinc calbus, seu bletus, id est, qui uitio linguæ non bene exprimere potest uerba, & tardè, vel obscure loquitur, potest ad ordines promoueri, Anton. Butrius in capitu. exposuisti, nume. 9. de corpo. uitia. quod non ita est de elingui, id est, qui caret lingua, vel mutus, qui loqui non potest, etiam si linguam habeat, Gabriel. de canon. mis. lect. 1. ipi.
- 51 Surdus † item est irregularis antequam ordinetur, quod si talis fuerit factus surdus post ordines susceptos, potest celebrare, licet diacono respondente non audiatur. Irregularis etiam est, qui uinum bibere non potest, vel euomit, cum celebrantem oporteat sanguinem sub uini specie sumere, secunda, quæst. 7. capitu. ipsi Apostoli, & ibi glo. Syluest. in uer. corp. uit. q. 7.
- 52 Attinet † etiam ad defectum corporis illegitima natiuitas. Quare omnes qui non ex legitimo matrimonio nati sunt, de quibus loquitur glo. in capitulo, nisi cum pridem, uersicu. manseres, de renuncia. siue sint naturales tantum, ut nati ex concubina domi retenta, titulo, C. de nat. lib. siue vulgo concepti, ut nati ex publicis meretricibus, de quibus loquitur tex. Deuter. capit. uigesimo tertio. capitulo, innotuit, de electio. capitu. per uenerabilem, in fine, qui filii sint legitimi. qui alio nomine manseres uocatur, siue sint progeniti ex adul-